TROCHISCI.

TROCHISCI PURGANTES.

TROCHISCI DE AGARICO.

℞. Agarici albissimi & levissimi, pulverati ac per setaceum trajecti, ... uncias duas.
Zingiberis, ... semi drachmam.

Zingiber maceretur aquâ Cinnamomi simplici, & cum eâ fiant Trochisci secundùm artem, in umbrâ siccandi.

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Carnis Colocynthidos albæ, à seminibus repurgatæ, ... uncias quatuor.

Minutissimè concisam misce cum mucaginis Gummi Tragacanthi, aquâ Rosarum extractæ, quantitate sufficiente; fiat massa exsiccanda. Probè exsiccatam in pulverem tenuissimum redige. Huic pulveri denuò adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat massa in pastillos redigenda & exsiccanda. Tandem pastillos probè exsiccatos, & subtilissimè pulveratos, per setaceum trajice, & cum novâ mucagine formentur Trochisci ritè exsiccandi.

TROCHISCI ALTERANTES.

TROCHISCI SCYLLITICI.

℞. Medullæ Scyllæ coctione præparatæ, ... uncias duodecim.
Farinæ Ervi albi tenuissimæ & cribratæ, ... uncias octo.

Simul exquisitè tunde, pistillo ligneo, in mortario marmoreo, & formentur pastilli ponderis drachmæ unius: in umbrâ siccentur æstate; vel suprà clibanum aliâ tempestate.

TROCHISCI CYPHEOS.

℞. Santali Citrini, ...
Cascarillæ, ... } ana unciam unam.
Sacchari Candi, ...
Terebinthinæ Chiæ puræ, ... uncias tres.
Myrrhæ, ...
Schœnanthi, . . . } ana unciam unam & semis.
Calami Aromatici, ... drachmas novem.
Cinnamomi, ... semi unciam.
Bdellii lacrymæ, ...
Spicæ-Nardi, ...
Cassiæ ligneæ, ... } ana drachmas tres.
Radicis Cyperi rotundi veri,
Baccarum Juniperi pinguium,
Ligni Aloes, ... drachmas duas & semis.
Croci, ... drachmam unam.
Mellis optimi, ... } ana quantùm satis
Vini Hispanici, ...

ad Trochiscos efformandos secundùm artem.

TROCHISCI HEDYCROI.

℞. Mari, ... } ana drachmas duas.
Amaraci, ... }
Radicis Asari, ... }
Ligni Aloes, ... }
Schœnanti, ... } ana drachmas tres.
Calami Aromatici, . . . }
Phu Pontici, ... }
Xylobalsami, ... }
Opobalsami veri, . . . }
Cinnamomi, ... }
Costi Arabici, ... }
Myrrhæ, ... } ana drachmas sex.
Folii Indici, ... }
Croci, ... }
Spicæ-Nardi, ... }
Cassiæ ligneæ, ... }
Amomi racemosi, ... drachmas duodecim.
Mastiches, ... drachmam unam.

Ex his omnibus tritis, & cum vino Hispanico subactis, fingantur Trochisci.

TROCHISCI VIPERINI.

℞. Carnis Viperarum selectarum, tempore idoneo collectarum, præparatarum, cum Anetho viridi & sale in aquâ purissimâ, igne luculento non violento, & in vase idoneo coctæ, & à spinis separatæ, . . . uncias octo.

Tere in pilâ marmoreâ pistillo ligneo, sensim aspergendo medullæ panis triticei, albissimi, fermentati, arefactæ, & tenuissimè pulveratæ, ... uncias duas & semis;

Ita ut nulla Viperinæ carnis particula non contusa & non permixta appareat. Manibus inunctis opobalsamo, formentur Trochisci ponderis drachmæ unius, supra setaceum inversum repositi in umbrâ siccandi.

TROCHISCI DE KARABE.

℞. Succini Citrini præparati, ... unciam unam.
Cornu Cervi, ad albedinem calcinati, . .
Gummi Arabici, . . .
Tragacanthi, . .
Laccæ granosæ, porphyrio lævigatæ, .
Acaciæ veræ, ...
Hypocistidis, ...
Balaustiorum, ...
Mastiches, ...
Corallii rubri præparati, . .
Seminis Papaveris albi, . .
} ana drachmas duas & scrupulos duos.
Thuris, ...
Croci, ...
Opii selecti, ...
} ana drachmas duas.

Cum mucilagine seminis Psyllii, aquâ Plantaginis extractâ, fiant Trochisci in umbrâ siccandi.

TROCHISCI BECHICI NIGRI,

vulgò TUSSILAGO ANISATA.

℞. Capitum Papaveris albi siccatorum rejectis seminibus, ... unciam unam & semis.
Florum vel
Radicum recentium Tussilaginis, . unciam unam.
Hordei mundati, ... semi unciam.

Coque in

Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate.

Colatura calore Balnei maris vaporet ad medias. Tunc adde

Extracti Glycyrrhizæ, . .
Sacchari albi, ...
Gummi Arabici, . . .
} ana uncias quinque.

Evaporationem perge ad Extracti ſolidi conſiſtentiam. Dèmùm adde

Olei eſſentialis Aniſi, ... ſcrupulum unum.

Fiant ex arte Trochiſci.

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ optimæ, ... ſemi unciam.
Lupinorum tenuiſſimè tritorum, drachmam unam.

Foliorum Rutæ, ...	ana drachmas duas.
Menthaſtri, . .	
Pulegii, . . .	
Radicum Rubiæ tinctorum,	
Valerianæ ſylveſtris,	
Seminis Petroſelini Macedonici, . . .	
Aſſæ fœtidæ, ...	ana drachmam unam.
Sagapeni, ...	
Opopanacis, ...	
Caphuræ, ...	ana ſcrupulum unum.
Croci, ...	
Olei de Succino, ...	

Cum ſucco Arthemiſiæ fingantur Trochiſci ſecundùm artem.

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Pulpæ inſpiſſatæ Baccarum Halicacabi cum ſeminibus, ... uncias duas.

Gummi Arabici, ...	ana ſemi unciam.
Tragacanthi, . . .	
Succi Glycyrrhizæ, . . .	
Amygdalarum amararum, .	
Seminum Papaveris albi, . .	
Apii, ...	ana drachmas duas.
Succini Citrini præparati, .	
Opii Thebaïci, ...	drachmam unam.

Succi recentis Halicacabi, quantitatem ſufficientem.
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI DE CATECHU.

℞. Catechu præparati, ... unciam unam.
Sacchari Candi, ... ſemi unciam.
Caryophyllorum, ... ſcrupulum unum.

Simul pulverata miſce, & cum ſufficiente quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi, aquâ Symphyti extractæ, fiant Trochiſci. Adde, ſi lubet, Olei eſſentialis Cinnamomi, Mali citrei, vel Tincturæ Ambari cineritii, aut alterius Aromatis guttas aliquot.

TROCHISCI ALBI RHASIS.

℞. Plumbi albi ſupra porphyritem lævigati, ... drachmas decem.
Sarcocollæ electæ, ... drachmas tres.
Amyli ſelectiſſimi, ... drachmas duas.
Gummi Arabici, ... } ana drachmam unam.
Tragacanthi, ... }
Caphuræ, ... ſemi drachmam.

Seorſim trita, aquâ Roſarum excipiantur omnia, & formentur Trochiſci. Utendi tempore miſcebitur Opium, ſi Medico videbitur.

TROCHISCI GRANORUM ACTES.

℞. Farinæ ſecalinæ, ... quantum libuerit.
Cum Succo Baccarum Sambuci maturarum, per expreſſionem extracto, fiat maſſa, ex quâ formentur Trochiſci, in furno coquendi & exſiccandi, deindè in pulverem redigendi. Hic pulvis cum novo ſucco ſubigatur in maſſam, ex quâ rursùs formentur Trochiſci in furno iterùm exſiccandi. Idem tertiò repetatur. Et Trochiſci ſic parati ſerventur ad uſum.

TROCHISCI HYSTERICI.

℞. Assæ fœtidæ, . . . } ana drachmas duas & semis.
Galbani, ... }
Myrrhæ, ... drachmas duas.
Castorei, ... drachmam unam & semis.
Radicum Asari, ... }
Aristolochiæ rotundæ, }
Foliorum Sabinæ, ... } ana drachmam unam.
Nepetæ, ... }
Matricariæ, ... }
Dictamni, ... semi drachmam.

Omnia ritè pulverata cum succo defœcato Rutæ misceantur, & fiant Trochisci.

TROCHISCI ESCHARROTICI.

℞. Sublimati corrosivi, ... partem unam.
Amyli, ... partes duas.
Mucaginis Gummi Tragacanthi, ...
. . . . . quantitatem sufficientem.

Fiant ex arte Trochisci, quibus addi potest extracti Opii quantum libet.

TROCHISCI ESCHARROTICI DE MINIO.

℞. Minii, ... semi unciam.
Mercurii sublimati corrosivi, . . unciam unam.
Micæ Panis exsiccati & pulverati, . uncias quatuor.
Aquæ Rosarum, . . sufficientem quantitatem.

Fiant secundùm artem Trochisci oblongi.